

sed opus esse illam legere, ac bene calere ea, quæ continet: quod libenter addo pro aliquibus infipientibus, & ignorantibus, qui nefanda temeritate non verentur Sacrum Pœnitentiæ Sacramentum administrare absque ulla doctrinâ, & cognitione ad eorum officium essentialiter requisita, ut ait Bissus in *Hierurg. tom. 1. lit. B. num. 145. S. 6.* ¶ Norandum secundo, quod ad hujus Bullæ explanationem sunt in lucem edita varia Scholia, & Annotationes à multis summæ eruditionis viris, citatis à Barboza de *potest. Episc. par. 3. allegat. 50. n. 55.* ¶ Notandum tertio, quod Episcopi in visitatione inquirere debent quoad Confessionalia, an in illis adit Bulla in Cœna Domini, ut habet Pascucci in *Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Visitazione, pag. mibi 444.* & refert etiam Monacell. in *Formular. leg. pract. par. 1. in Append. pag. mibi 518.*

1701. 18. Jun. — Potest Episcopus Censuras infligere contra renuentes in visitatione exhibere Libros, Legata, Fundationes, Instrumenta, &c. ut respondit *Congregat. Concil. in Calaguritana, apud Monacell. in d. Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 2. num. 48. pag. mibi 82.*

1702. 9. Maji. — Absolutio vigore Jubilæi non suffragatur Censuratis ex causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ: & reatigi possunt, & debent Cedlones. *Congregat. Immunit. in Squilacen. & antea in Aversana 1661. 19. Jul. ac etiam in Hieracen. 1657. 4. Dec. nec non in Gravimen. 1641. 1. Oct. apud Riccium in Synopsis Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio, num. 13.*

1703. 16. Mar. — Confessarii possunt juberi ab Episcopo, ut denegent Absolutionem Parentibus notabiliter contumacibus quoad Filiorum educationem in rebus ad Animarum salutem spectantibus. *Clemens XI. in Littera Circulari, pluribus in locis Italicè impressa, quam etiam utroque idiomate conscriptam refert Gencttus in Theolog. Moral. tom. 7. in fine; ad Quartò.*

1704.

Ordines sive susceptos, sive suscipiendos, quam ad Beneficia dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat dictus Major Urbis Pœnitentiarius. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Cùm malè promotis occultis, non obstante Sixti Quinti Constitutione edita 1589. 4. Jan. & signanter cum promotis pro saltum etiam prætextu licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis Interstitiis, vel sine litteris dimissorialibus proprii Ordinarii non dispenseret dictus Major Urbis Pœnitentiarius, nisi in foro Conscientiæ, quando periculum adesse gravium scandalorum, tunc enim possit in forma Pœnitentiariæ consuetà dispensare, ut scilicet omnes Ordines secretè recipiant à quolibet Catholico Antistite gratiam, & communionem cum Sede Apostolica habente, & tunc, & extra tempora, & non servatis Interstitiis, & absque præfatis dimissoriis: Cum promotis verò ad Sacros Ordines, qui Simoniam cum Episcopis promoventibus commiserint, dispensare, & dispensari mandare possit in occultis dumtaxat, & in foro Conscientiæ tantum, cum clausula *monitis moneandis*, & injunctà gravi pœnitentiâ, ac re præsertim discussâ in Signatura. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — A dispensationibus, seu convalidationibus titulorum etiam in foro Conscientiæ tantum, etiam in occultis casibus abstineat dictus Major Urbis Pœnitentiarius, cùm agitur de Simonia reali scienter contracta, & de Beneficiis, super quibus contracta est ipsa Simonia: At si illa contracta fuisset ignoranter etiam ignorantia juris inculcata, possit dictus Major Pœnitentiarius in occultis, & in foro Conscientiæ tantum dispensare, & Beneficiorum post Simoniam obtentorum, titulos convalidare, modò Orator de eadem Simonia certior factus, quamprimum commodè poterit, petierit dispensationem, omni aliâ facultate in ceteris Simonicæ casibus, & præsertim publi-

Y
cis,

cis, interdicta: Titulus etiam Beneficiorum in Concursu obtentorum in foro Conscientie tantum in occultis convalidare possit, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua Censura, vel quia illa irreteus impetrans, administravit, *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — A' convalidatione titulorum, & condonatione fructuum abstineat dictus Major Urbis Pœnitentiarius quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi, infra præfixitum tempus munus Consecrationis non susceperint: A compositione pariter, & condonatione fructuum Beneficialium, & Ecclesiarum Episcopaliū, ac etiam distributionum quatumcumque quovis modo male perceptorum in casibus non occultis, abstineat: In occultis verò possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, injuncta eisdem Pœnitentibus erogatione elemosynæ, ipsius Majoris Pœnitentiaris, vel Confessarii ab ipso deputandi arbitrio, limitandæ: Cum reliquis autem, videlicet, Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum Personis discretè compositionem concedere, & eà mediante fructus condonare, pecuniis exinde exactis receptori emolumentorum Dataria nostræ integraliter consignatis: Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, injuncta elemosyna modo supradicto, quæ nihilominus sine præjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debeant, sint, & censentur ordinata, *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Cum Regularibus super Irregularitate quorumcumque criminum quandocunque perpetratorum, vel incursum in Censuras occasione, vel quia iidem sic ligati suos Ordines, non tamen in contemptum Clavium, exercuerunt, aut illis se immiscuerunt, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem Irregularitate, & quibus-

cunque aliis defectibus non obstantibus, susceptis Ordinibus, & eorum Privilegiis uti, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, nec non quocumque, quocumque, & qualicumque suorum Ordinum, & Congregationum alioquin canonice obtenta Officia, Beneficia Regularia, munia, præminentias, dignitates, & Prælaturas, etiam majores, & principales, retinere, & exercere, nec non eadem, seu eadem (non tamen Generalatum) ad quæ, seu quas in futurum canonice, & juxta eorundem Ordinum, & Congregationum Regularia Instituta, eligentur, vel aliter assumuntur, recipere, assequi, gerere, & libere exercere etiam licite valeant, dispensare, eoque in præsitum, & ad eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum, & ad vocem activam, & passivam restituere, reponere, & plenariè reintegrare, & poenas illis gratiosè remittere, & condonare, nec non pro majori absolutionum, & dispensationum præfatatum firmitate, quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus, Statutis, & Privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare Major Urbis Pœnitentiaris præfatus possit, & valeat. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — In hujusmodi casibus occultis in foro Conscientie tantum, in publicis verò casibus in utroque foro auditis tamen, & supplicantiibus Superioribus, bonumque testimonium de ipsis Regularibus ferentibus, gravatà in iis eorundem Superiorum conscientia, maturà circumspeditione semper adhibita, cum iisdem Regularibus, ut præfertur, dictus Urbis Major Pœnitentiarius dispensare, & dispensari mandare valeat. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Cum Homicidis, Bannitis, aliisque delinquentibus, qui Sixti Quinti litteris Religionem ingredi, & in eà Professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habilitare, & habilitari mandare, ac cum his, qui homicidia

Voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profiteri, in utroque foro, quando sic expedire videbitur, dispensare, & dispensari mandare valeat dictus Major Urbis Pœnitentiarius, eâ tamen lege, ut sic habilitandi, seu dispensandi Fiscum, & partem prius concordaverint, Professionem amittant, nec ante Professionem huiusmodi in susceptis Ordinibus ministrare, nec ad Superiores Ordines ascendere possint. *Innocentius XII. ibid.*

1692. 3. Sept. — In Matrimoniis contrahendis possit idem Major Pœnitentiarius in foro Conscientiæ tantum super impedimentis occultis, quæ Matrimonium non dirimunt, dispensare, vel dispensari mandare: At à dispensationibus super quocunque impedimento ex quovis gradu sive Consanguinitatis, sive Affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spiritali proveniente, etiam in foro Conscientiæ tantum, tamen si impedimentum sit occultum, & periculum scandalorum imminet, in iisdem Matrimoniis contrahendis abstineat. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — In contractis verò Matrimoniis à dispensatione, seu Matrimoniis revalidatione in gradibus primo, & secundo, seu secundo tantum Consanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita etiam in occultis pariter abstineat dictus Major Urbis Pœnitentiarius, præterquam si in huiusmodi secundo tantum gradu impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, & partes simul publicè contraxerint, & convixerint, & uti Coniuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem, & quarto gradibus occultis possit dispensare, ac etiam in iisdem tertio, & quarto gradibus publicis revalidare Matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis occultæ litterarum Apostolicarum, præterquam si falsitas consistat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen antea non intercesserat. *Innocentius XII. ibidem.*

1692.

1692. 3. Sept. — Si Partes, quæ obtinuerint à Dataria dispensationem super gradu prohibito tam in primo, & secundo, quam in secundo tantum, ac etiam in tertio, vel quarto, tacita copula inter eos sequuta, quam sine honoris detrimento detegere non valent, & ratione huiusmodi taciturnitatis petant dispensationem pro Matrimonio contrahendo, seu revalidationem Matrimonii contracti, possit idem Major Urbis Pœnitentiarius, si copula sit adhuc secreta, in foro Conscientiæ tantum concedere, factâ, quando agitur de primo, & secundo, vel secundo tantum gradu, compositione quinquaginta scutorum auri de Camera ad Datariam transmittendorum, ad effectum, ut inconcussi moris est, erogandi in elemosynas, nisi prior Gratia expedita fuisset in forma Pauperum, quo casu etiam hæc Gratia absque ulla compositione similiter expeditur. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Si verò Partes, quæ obtenta dispensatione à Dataria super impedimento primi, & secundi, sive secundi dumtaxat gradus Consanguinitatis, seu Affinitatis cum expressione quidem carnalis copulæ, sed tacita, occulta, & malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius habendam dispensationem, pro revalidatione huiusmodi dispensationis recurrunt ad dictam Pœnitentiariâ, possit idem Major Urbis Pœnitentiarius desuper dispensare cum miserabilibus Personis explicitè affirmantibus, seu uti tales, & sub illa expressa qualitate, & forma miserabilium dispensationes à Dataria obtinuisse: Cum iis verò, qui non tanquam Pauperes, sed uti ex honestis Familiis, sive uti Nobiles, sive uti illustres fuerint, similiter ab eadem Dataria dispensari, idem Major Urbis Pœnitentiarius non dispense, nisi solutâ prius in Dataria, ad effectum pariter erogandi in elemosynas, taxa cum Datario pro tempore existente concordanda: Quod si supplicantes sint pauperes, ita ut

Y 3 verè,

verè, & realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere nequeant, præfatus Major Penitentiarius insimulcum eodem Datario opportunè provideat. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Super impedimento occulto Af- 1205
finitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario
proveniente, quotiescunque adfit rationabilis cau-
sa, licet periculum revelationis, seu scandalorum
non immineret, vel non adesset in Matrimonio
tam contractis, quam contrahendis in foro Con-
scientiæ tantum, quoties verò Affinitas hujus-
modi post contractum Matrimonium supervenerit,
ut debitum peti possit, in eodem Conscientiæ fo-
ro dispensari mandare possit, & valeat dictus Ma-
jor Penitentiarius. *Innocentius XI. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Super occulto impedimento cri- 1206
minis Adulterii, si fuerit cum fide data diumtaxat
neutro machinante commissum, possit præfatus Ma-
jor Urbis Penitentiarius, tam in contrahendis,
quam contractis Matrimonio dispensare: Si verò
crimen hujusmodi fuisse utroque, vel altero ma-
chinante patratum, possit dispensationem conce-
dere, ratò tamen, & quando necessitas postulave-
rit ratione alicujus gravis imminens periculi,
quod prudentia ejusdem Majoris Penitentiarii,
re præsertim discussa in Congregatione, vel Signa-
tura, arbitrandum erit. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Facultates præfate Majoris Urbis 1207
Penitentiario, & ejusdem Penitentiarii officio
concessæ circa dispensationem Matrimoniales, lo-
cum habeant, etiam si gradus, & impedimenta
hujusmodi multiplicia sint quacunq; & quanta-
cunque multiplicitate: volens Summus Pontifex in
litteris hujusmodi dispensationum Matrimonialium
posse Prolem, ubi opus erit, sive susceptam,
sive suscipiendam, non tamen in Adulterio con-
ceptam, in foro Conscientiæ tantum legitimam
decernere, nec non apponi clausulam, *nullis, &c.*
pro-

prout in hujusmodi materiis hæctenus ipsa Peni-
tentiaria servare consuevit. *Innocentius XII. ibid.*
1692. 3. Sept. — Vota simplicia quæcunque quo- 1208
modolibet emissa, tametsi privato juramento con-
firmata, etiam Castitatis, Religionis, Visita-
tionis Limum Ss. Apostolorum Petri & Pauli
de Urbe, S. Sepulchri Domini, & S. Jacobi de
Compostella possit idem Major Urbis Penitenti-
arius in alia pietatis opera commutare, votorum
implementum differre, ab illorum transgressionibus
solvete, & cum iis, qui Matrimonium con-
trahendo Votum Castitatis transgressi sunt, ad licitè
debitum conjugale petendum, dispensare, &
respectivè commutari, differri, absolvi, & dis-
pensari mandare semper in foro Conscientiæ tan-
tum possit, & valeat, consideratis causis com-
mutationum, dilationum, absolutionum, & dis-
pensationum hujusmodi & adjectis clausulis, quas
apponere, inique injunctis, quæ injungere hæc-
tenus Penitentiaria laudabiliter consuevit. *Innocen-
tius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Super recitatione Divini Officii, 1209
seu Horarum Canoniarum propter aliquam im-
possibilitatem, seu moralem difficultatem cum com-
mutatione in alias preces, vel orationes, seu illarum
injunctione facultatem habeat dispensandi dic-
tus Major Urbis Penitentiarius: Juramenta
etiam quæcunque, in quibus exploratum erit, nul-
lum cuiusquam agi præjudicium, facultatem ha-
beat in foro Conscientiæ tantum relaxandi. *Inno-
centius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Quoad malè ablata, vel reten- 1210
ta, quando Domini sunt incerti, & casus sunt oc-
culti, partem aliquam delinquentibus pauperibus,
si eorum qualitate & necessitate penitentiæ ita videbitur,
remittere, seu condonare, vel remitti, seu
condonari mandare possit dictus Major Urbis Pe-
nitentiarius, residuum verò pauperibus, vel in-
pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa, ablata,

extorta, seu usurpata sunt, distribui, seu converti mandet. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Cum Puellis, quæ Virgines non sunt, & dotes petunt, seu obtinuerunt à Confratritatibus, aut aliis Locis, vel Dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illas Virgines tantum dent, seu distribuunt, in occultis, & in foro Conscientiæ tantum, quatenus illæ in posterum honestè vivant, facultatem habeat dispensandi præfatus Major Urbis Penitentiarius: Dubia autem in materia peccatorum, seu forum penitentiale aliàs quomodolibet concernentia, cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum valeat declarare. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Commissiones Majoris Penitentiarii de Urbe, etiamsi committens, illis nondum præsentatis, re integra desinat quomodocunque Penitentiarius existere, non expirent: Sede autem Apostolica vacante, dictus Major Penitentiarius, ejusque Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum Conscientiæ pertinent, in reliquis eorum Officium conquireat, & à quibuscunque Matrimonialibus, & aliis dispensationibus, & absolutionibus, ac declarationibus, nec non quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtum, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Quotiescunque Procuratores, & Scriptoris Penitentiariæ secreta aliqua malè valetudine detinentur, vel ex aliqua legitima causa Major Urbis Penitentiarius expediens judicaverit, possit alios in eorum locum durante infirmitate, seu causa subrogare, seu substituere, præstito iuramento, & cum iisdem obligationibus, quibus alii Procuratores, & Scriptoris titulati adstinguntur. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Nullus Minor Penitentiarius trium Basilicarum Urbis possit admitti, seu recipi ad officium, nisi prius à Majori Penitentiario, ac

Pe-

Penitentiariæ Congregatione, seu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & postquam admittus fuerit, nequeat sine ejusdem licentia discedere, seu dimitti: idemque servetur quoad Minores Penitentiarios Laureanos, quibus, & aliis supradictis Major Penitentiarius possit facultatem ad libitum concedere, & restringere, & quorum examen possit in absentia etiam Episcopo in partibus sibi benevisis committere. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Omnibus Christianis, qui ex veteri, & laudabili instituto dictum Penitentiarium Majorem Urois munere suo statutis diebus in Hebdomada majori solemnè ritu fungentem piè, ac reverenter adjerint, seseque penitentiari virgà tangendos submiserint, centum dies de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitè penitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem Majori Penitentiario confirmat, & quatenus opus sit, de novo concedit. *Innocentius XII. ibidem.*

1693. 14. Apr. — Confessarius nulliter absolvens Censuratum ex causâ violatæ immunitatis Ecclesiasticæ, suspenditur ab audiendis Confessionibus, arbitrio Episcopi. *Congregat. Immunit. in Policell. abud Riccium in Synopsi Destor. d. Congregat. verb. Confessarius, num. 1.*

1693. 21. Apr. — Congregatio Indiciæ à St. D. N. Innocentio XII. deputata sequentem damnavit Librum, cui titulus: *De mente Concilii Tridentini circa Contritionem, & Attritionem in Sacramento Penitentia Liber, &c. auctore Joanne de Lamyoy Constantiensi Theologo Parisiensi.* In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.

1693. 1. Jul. — Congregatio Inquisitionis coram Innocentio XII. sequentem damnavit Librum, cui titulus: *Diatriba Theologica de Peccato Philosophico, cum expositione Decreti Inquisitionis Romanæ editi 24. Aug. 1690.* In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.

1694.

- 346
 1694. 23. Jan. — Si Vigilia S. Matthiae Apostoli 1219
 occurrerit in feria tertia post Dominicam Quin-
 quagesimae, hoc est, ultimâ die Bacchanalium,
 servetur omnino eadem die Ieiunium, non
 verò anticipetur. *Congregat. Rit. apud Matthaeum,
 in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 1. num. 13. ¶ No-*
tandum, quod ex hoc Decreto labefactatur quo-
rundam Theologorum opinio asserentium, posse
Episcopos in predicto casu anticipatè transferre Iei-
unium in Sabbatum immediatè precedens, ob eam,
quam asserunt, rationem, ne scilicet Ieiunium pra-
sentissimo exponatur violationis periculo.
1694. 6. Mar. — Capellani cuiusvis Exercitus, 1220
 sive Regulares, sive Seculares Catholici, non pos-
 sunt administrare Militibus in Praesidiis degentibus
 Sacramentum Penitentiae sine speciali facultate Sed-
 is Apostolicae, vel licentia, & approbatione
 Ordinarii, in cuius Diocesi extare contigerit. *Cong-*
regat. Concil. apud Petram in Commentar. ad Constit.
Apostolic. tom. 2. Constit. 12. Innocentii III. sect. 1. n.
18. pag. mibi 356.
1694. 18. Jun. — Episcopus duarum Ecclesiarum 1221
 unitarum debet pro unaquaque Cathedrali Cano-
 nicum Penitentiarium eligere. *Rota in Valven. Prae-*
monstratarum coram Emerix Decano, apud Monacel.
in Formular. leg. pract. in Append. ad 2. par. decis. 3.
num. 5.
1694. 3. Aug. — Facultas absolvendi à Censuris 1222
 incurfis ex causa violatae Immunitatis Ecclesiasticae
 aliquando committitur Confessario. *Congregat. Im-*
munis. in Verulana apud Riccium in Synopsi Decretor.
d. Congregat. verb. Absolutio, num. 42.
1694. 4. Dec. — Prohibitionem audiendi Multe- 1223
 rum, Puerorumque Confessiones extra Sedem
 Confessionalem, vel de conspectu, & non interpo-
 sita Crate, sub poena Suspensionis ab audiendis
 Confessionibus laudavit *Congregat. Inquisit. in litteris
 enciclicis, & antea Congregat. Episcopor. & Regular.*
in Collen. 1693. 18. Dec. apud Monacel. in Formular.
leg.

- leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 1. num. 6.*
1695. 15. Sept. — Ministris Consoflationis Urbis 1224
 non licet retinere Confessarios in Ecclesia ad au-
 diendas Populi Confessiones, nisi de licentia Eminentissimi Vicarii. *Congregat. V. stat. Apostol. apud*
Palcucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatol.
par. 1. tit. de Hospitalibus, pag. mibi 326. & confir-
matum fuit per sententiam Auditoris Camerae sub
die 23. Dec. ejusd. Anni.
1695. 17. Dec. — Absolutio à Censuris ex causa 1225
 violatae Immunitatis Ecclesiasticae est personaliter,
 & humiliter petenda. *Congregat. Immunit. in una S.*
Severina, apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Cong-
regat. verb. Absolutio, num. 61.
1696. 27. Mar. — Confessarius nulliter absolvens 1226
 Censuratum ex causa violatae Immunitatis Ecclesi-
 asticae, ac Attestationem desuper concedens, acce-
 dat ad Urbem. *Congregat. Immunit. in Isernien. apud*
eund. ibid. verb. Confessarius, numer. 2.
1696. 4. Maij — Non potest Episcopus approbare 1227
 ad Annum tantum Confessarios Monialium Regu-
 laribus subjectarum, sed in initio hujusmodi ap-
 probationis, vel ad consuetum triennium admit-
 tat, vel rejiciat. *Congregat. Episcopor. in Catanen.*
apud Matthaeum. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap.
15. num. 7. & refert etiam Monacel. in Formular. leg.
pract. par. 1. tit. 9. form. 6. num. 2.
1696. 29. Maij. — Absolutio data à Nunciatura 1228
 defectu facultatis, non suffragatur Censuratis ex
 causa violatae Immunit. Ecclesiasticae. *Congreg. Im-*
munis. in Chelmen. in Polonia, apud Riccium in Syn-
opsi Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio, num. 8.
1696. 29. Maij. — Quando Ecclesia violata non 1229
 potest reintegrari, in Absolutione à Censuris im-
 ponitur pro Pœnitentia Eleemosyna faciendâ Eccle-
 siae violatae, in suppellectilem convertenda. *Cong-*
regat. Immunit. in d. Chelmen. apud eund. ibid. verb.
Pœnitentia, numer. 1.
1696. 7. Jul. — Praesentatus, & nominatus ad Be- 1230
 neficium

- nificium de Jurepatronatus cum pacto, quod debeat succumbere expensis litis super Beneficio vertentis, licet non commiserit veram Simoniam, indiget tamen Absolutione ad cautelam. *Congregat. Concil. in una Civitatis Plebis, apud Monacel. in Formular. leg. pract. tit. 7. form. 4. num. 2.*
1696. 17. Nov. — Potest Ordinarius prohibere 1231
Confessariis Confraternitatum, ne Confessiones Confratrum, & aliorum audiant in Oratorio absque facultate ipsius Ordinarii. *Congregat. Concil. in Novariens. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 2. num. 9.*
1696. die. Nov. — Qui sine iusta causa ter, vel quater in Anno non celebravit, peccat mortaliter, & ideo potest ab Episcopo puniri. *Congregat. Concil. in Tortonen. juxta text. in cap. si non frequentius, de consecr. dist. 2. apud eund. d. par. 1. tit. 5. form. 9. n. 15.*
1697. 26. Jan. — Quoties honor, obsequium, 1233
vel res tradi solita, & concedi, publicè & injuriosè Episcopo denegatur, procedi potest ad Censuram Interdicti. *Congregat. Concil. in Venaphraus, apud eund. d. par. 1. tit. 12. form. 15. num. 2.*
1697. 6. Jul. — Conscientia Casuum Conscientiæ, 1234
quæ pro Parochorum, & Sacerdotum Ruralium profectu ex dispositione Synodi Diocessanæ, sive Edicti Episcopi fiunt in locis Diocessanæ, sunt faciendæ in loco ab Episcopo arbitrando, & designando, non attento, quod locus ab Episcopo electus, & ad quem Parochi, & Confessarii etiam Dignitate insigniti debent accedere, & interesse, non sit dignior, & aliis prærogativis supra omnes decoratus, ut resolvit *Congregat. Concil. in Forolivien. & antea in eadem 1696. 14. Jan. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 3. form. 15. num. 1.*
1697. 7. Dec. — Si Canonicus Pœnitentiarius non 1235
faciat residentiam, & Episcopus velit procedere contra eum ad privationem Canoniciatus, tenetur servare regulam præscriptam à Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 12. de reform. ut respondit *Congregat. Con-*

- Concil. in Curien. apud eund. d. par. 1. tit. 2. form. 6. n. 27.*
1697. 11. Dec. — Confessario Testatoris plurimum 1236
defertur in materia Testamentorum, quamvis non sit formiter examinatus, Modern. Mantuan. consulti. 1. num. 67. Rocca. select. disput. cap. 45. num. 17. apud Rotam in Forsempronens. Testamenti coram Ansaldo, dec. 22. num. 12. ubi num. seq. præterit quoties post factam aliquam extrajudicalem depositionem, decessit absque illius revocatione.
1698. 11. Apr. — Constitutio Clementis X. supra 1237
posita, & edita 1670. 21. Jun. prohibens Regularibus Confessionum Sæcularium auditionem, & à Casibus Episcopo reservatis absolutionem absque expressa approbatione, & licentia ejusdem Episcopi, nec non absolutionem Pœnitentium extra Dignitatem Episcopi approbantis, omnino à dictis Regularibus, & Pœnitentibus est servanda, quolibet Privilegio, etiam Cruciatæ (pluries explorato) non obstante. *Congregat. Episcoporum. in Lusitana jurisdictionis, apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 20. n. 12.*
1698. 3. Aug. — Non potest Episcopus prohibere 1238
Parochis, & Vicariis Parochialium Ecclesiarum, tam Sæcularibus, quam Regularibus, ne extraneorum Parochias audiant Confessiones suorum Parochianorum: nec itidem eos prohibere, ne in eorum Parochiis audiant Confessiones non suorum Parochianorum. *Congregat. Concil. in Causa Burgen. S. Sepulchri, apud Piton. discept. Ecclesiast. par. 1. discept. 20. n. 1. & 28. ad III. & IV.*
1698. 30. Aug. — Absolutionem cum reincindenda 1239
dare non potest Auditor Cameræ, neque Ordinarii locorum, quoties agitur de Censuris promulgatis ex causa jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, uti reservatis Summo Pontifici. *Congregat. Immunit. in Ravellen. & antea in Melphiten. 1673. 22. Apr. de non in una Regni Neapolitani 1643. 27. Maij, apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. in Præjud. n. 85. pag. mibi 23.*

1698. 20. Nov. — Penam Excommunicationis ipso facto incurrit qui voce vel scriptis tractant de Origine Ordinis Sanctæ MARIE de Monte Carmelo, Innocentius XII. in *Constit. qua incipit Redemptoris*, apud Paluce, in *Compend. ad Consult. Canonice Fac. Pignatell. par. 2. tit. de Regularibus*, pag. 348. quem citat Petra in *Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. Constit. 8. Honorii III. n. 5. pag. ubi 490.*
1699. 12. Mar. — Innocentius XII. sequentes damnavit Propositiones, quarum prima cæteris ommissis: *In extremis probationibus potest Anima in vincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, & quæ non est intimus Conscientia fundus, se juxta reprobatam esse à Deo.* Apud Reiffenstuel, in *Theolog. doctor. in principio Operis*, Proposit. 9.
1699. 12. Mar. — Secunda: *Tunc Anima divisa à semetipso expirat cum Christo in Cruce, dicens: Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me: In hac involuntaria impressione desperationis conficit Sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad æternitatem.* Apud eundem, ibidem, Proposit. 10.
1699. 12. Mar. — Tertia: *In hoc statu Anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed nunquam amittit in parte superiori, id est, in suis actibus directis, & intimis spem perfectam, quæ est desiderium disinterestedatum remissionum.* Apud eundem, ibidem, Proposit. 11.
1699. 12. Mar. — Quarta: *Director tunc potest huic Anima permittere, ut simpliciter acquiescat satisfactioni sui proprii interesse, & juxta condemnationi, quam sibi à Deo indicatam credit.* Apud eundem, ibidem, Proposit. 12.
1699. 12. Mar. — Quinta: *In confitendo debent Anima transformata sua peccata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem, & liberationem, sed ut rem, quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam.* Apud eundem, ibidem, Proposit. 20.
1699. 3. Apr. — Remedium Excommunicationis non

- non est, nisi telum subsidiarium, quo Ecclesia tanquam benigna Mater, quodammodo alio medicamine desperata, ferit inobedientes, ut dicit Sayr, de *Censur. lib. 1. cap. 1. num. 13.* Bellet, *disquisit. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric. Canon. 6. 5. num. 6.* & segg. Sperell, *dec. 160. ex num. 1. usq. ad 8.* Cardin. de Luc. in *annot. ad Concil. Trident. disc. 43. num. 1.* apud Rotam in *Giennen Juris mutandi super Declaratione coram Antaldo, dec. 82. n. 3. par. 2.*
1699. 11. Apr. — Canonico Theologo, & Canonico Penitentiario non competit præcedentia super alios Canonicos, non obstante contraria consuetudine, quia non sunt Dignitates: sed debet cedere, & incedere secundum eorum antianitatem, Congregat. Concil. in *Murana*, & antea in *Senen.* 1695. 16. Apr. apud Monacel. in *Formular. leg. præf. par. 1. tit. 2. form. 4. num. 11.*
1699. 16. Maij. — Licet possint Episcopi pro reformatione morum in Edictis poenam Canonum ampliare, & augere, *cap. ult. de transact. cap. sicut dignum, de hereticis. cap. innotuit, de eo qui fuer. Ordin. suscep. Abb. in cap. licet, num. 2. circa fin. de offic. Judic.* non tamen possunt penam Excommunicationis late sententiæ contra Clericos negotiatores infligere, Congregat. Concil. in *Conversanen. Edicti*, apud eund. *4. par. 1. tit. 5. form. 17. num. 12.*
1699. 28. Maij. — Penam Excommunicationis ferende sententiæ contra Beneficiatos, & in Sacris constitutos deferentes Comam scitiam, sustinentem esse declaravit Congregat. nonnullor. Cardin. specialiter à Papa deputata in *Vigilien. Synodi*, apud eund. *4. par. 1. in Append. pag. mibi 506. num. 20.*
1699. 8. Dec. — Qui Cedulones Excommunicationis lacerant, aut deturpant, graviter peccant, quia videntur de auctoritate Episcoporum male sentire, Censuras contemnere, arque irridere: & ideo non solum ab Episcopo Censuras fulminante, sed etiam tanquam de Hæresi suspecti, à Tribunali S. Officii puniri possunt, ut tradunt Cherubin.

in *Compend. Bullar. ad Constit. 56. Pii Quinti, schol.*
 1. *Caren. de Offic. par. 2. tit. 17. §. 2. num. 7. & sic*
 incidunt in Excommunicationem eo ipso, *Kieci.*
in Prax. ver. for. Eccles. par. 4. resol. 23. num. 1. & seqq.
 & declaravit *Congregat. Episcopor. in Cusentina, apud*
Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 32.
num. 19.

1700. 16. Jan. — Quoties Episcopus impeditur, 1251
 quin visitet loca, quæ de jure, vel consuetudine
 potest visitare, putà, quia Visitandi, habità no-
 titià habendæ Visitatiõnis, ostià loci visitandi clau-
 dent, aut alio modo sese violenter opponunt, po-
 test non solum Januas frangere, sed vim vi repel-
 lendo inobedientes, & opponetes illicò excommu-
 nicare absque alià judiciali monitione, ut pro va-
 liditate Censurarum respondit *Congregat. Concil. in*
Vicen. Juris visitandi, & antea in eadem 1699. 26.
Sept. apud eund. par. 1. tit. 12. form. 15. n. 1.

1700. 6. Febr. — Cogentes Virgines, et Viduas 1252
 ad fuscipiendum habitum Religionis, ut ad pro-
 fitendum, sicuti & auxilium, & favorem ad id
 præstantes, sunt feriendi gladio Excommunicatio-
 nis, ad quam fulminandam, & publicandam, satis
 est, quod constet de vi illata, & metu incusso,
 etiam si vim passio non concedatur regressus ad sa-
 culum, vel restitutio in integrum, utpotè, quia
 tacitè, aut expressè Professionem ratificavit, imò
 sive agatur de vi illata Fœminæ, sive Viro. *Cong.*
Concil. in Mediolanen. & antea in Bononien. 1699. 26.
Sept. ac in Hispanen. 1690. 23. Sept. apud eund. par. 3.
tit. 1. form. 38. num. 6. pag. mihi 138.

1700. 15. Maji. — Non potest Judex delegatus 1253
 Censuras Ecclesiasticas in appellationem prolatas re-
 laxare, aut nullas declarare, non auditis partibus,
 nec cognita causà: nec valer Absolutiones ad cau-
 telam concedere non citata parte, nec visis actis,
 præterquam in casu Absolutionis ad breve tempus,
 & tunc cum obligatione de stando Juri, & paren-
 do mandatis Ecclesiæ. *Congregat. Concil. in Casu*
Inju-

1703. 16. Mar. — Confessores Monialium sint 1290
 docti, provecti ætatis, vitæ irreprehensibilis,
 zelantes, & à lucro turpi totaliter alieni, *Clemens*
XI. in d. Litera Circulari, apud eund. ibid. ad Sep-
timò. §. 4. Notandum primò, quod ly docti im-
 portat doctrinam etiam in Lege fundatam, Con-
 fessarius enim tenetur habere notitiam Legum,
 quia fungitur officio Doctoris, cuiusque est, ad
 exemplum Christi, facere, & docere, ut Poe-
 nitentes ab eo dicant declinare à malo, & facere
 bonum; idem enim est finis Legum, prout à Theo-
 logo considerantur: Leges itaque hominem à vi-
 tijs avocant, avocant & Confessarius: Leges in-
 foro Conscientiæ ad internam sanctitatem infor-
 mant, informat & Confessarius: Leges hominem
 ad ultimi finis supernaturalis (qui Deus est) con-
 secutionem ducunt, ducit & Confessarius, pro-
 ut habet *Wigand. in Tribunali Confessar. tract.*
6. exam. 1. Quæro 1. pagin. mihi 146. Notan-
 dum secundo, quod ly vitæ irreprehensibilis obligat
 Episcopum ad inquirendum in visitatione Monia-
 lium de vitâ, moribus, & directione hujusmodi
 Confessarii, ut refert *Monacel. in Formular. leg. pract.*
par. 1. in Append. pag. mihi 513.

1704. 28. Jan. — Sub poena Excommunicationis 1291
 ipso facto, absque aliâ declaratione, incurrendâ,
 à qua nemo à quoquam, præterquam à Summo
 Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis ar-
 ticulo constitutus, Absolutionis beneficium obti-
 nere valeat, impressionem, descriptionem, lesi-
 onem, & usum Libelli, cui titulus est: *Veritable*
Tradition de l'Eglise, sur le Predestination, & la
Grace, &c. par Mr. de Launoy Docteur en Theologie,
de la Maison, & Societè de Navarre, omnibus inter-
 dicit *Clemens XI. in Constit. quæ incipit Cum si-*
cut, in Indice Libror. prohibitor. novissimè Ro-
mæ edito.

1704. 15. Febr. — Licentiam habentes comedendi 1292
 Cibos vetitos in Quadagesima, sive sint Carnes
 A a salu-

salubres, sive tantum Ova, & Lacticinia, observent Jejunium. In *Edicto pro Observantia Quadragesimali, apud Genetum in Theolog. Moral. tom. 7. in fine.* ¶ Hoc Edictum Romæ quovis Anno publicatur initio Quadragesimæ, jussu Eminentissimi Urbis Vicarii in Spiritualibus Generalis. ¶ Qui est igitur dispensatus ad esum Carnium, semel potest comedere Carnes, & tenetur sumere collatiunculam, & sic servare Jejunium, quia qui præceptum non potest servare in totum, tenetur in quantum potest, ut ait Wigandt in *Tribunali Confessar. tract. 5. exam. 4. Quæ VI. pag. mibi 139.*

1704. 11. Mar. — Congregatio S. Officii sequentes damnavit Libros, quorum Primus: *Usura explicata, sive de Conscientia pacata in concessione pecunie ad incrementum annuum.* Auctore Philopen, translata ex idiomate Anglo in Latinum. In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. 1293

1704. 11. Mar. — Secundus: *Risposte date da un Theologo per scioglimento d'alcuni Questii fastigiosi da più Confessori desiderosi d'indirizzare l'Anima à Dio.* in d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. 1294

1704. 11. Mar. — Tertius: *Quæstiones selectæ ex præcipuis Theologia Moralis tractatibus: Auctore R. P. Matthæo de Moyâ Societatis Jesu: Tomus primus.* In d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. 1295

1704. 11. Mar. — Quartus: *Appendix ad Quæstiones selectas prioris Tomi: Auctore R. P. Matthæo de Moyâ Societatis Jesu: Tomus secundus.* In d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. 1296

1704. 11. Mar. — Quintus: *Judicium Sacra Facultatis Theologica Lovaniensis de octo Articulis inter alios exceptis ex Casu Conscientie in Serbena à quadraginta Doctoribus 20. Julii 1702. subscripto, recenter verò Universitati Lovaniensi palam notificato, & eisdem Facultati Theologica ex parte Mechliniensium Archiepiscopi propositio.* In d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. 1704. 1297

1704. 13. Dec. — Ubi votum rei particularis, purità, perseverantia in aliqua Congregatione, seu Collegio, sit publicum, & acceptatum cum promissione juratâ, ejusque Constitutiones sint approbata, nec Sacra Urbis Pœnitentiariâ, nec Pœnitentiariâ Basilicarum aliquid possunt quoad dicti voti cum juramento emissi liberationem, nisi auditis, consultis, & contentibus aliis de dicta Congregatione, seu Collegio. *A. Caprara Sacra Pœnitenti. Regens pro Convictibus Congreg. S. Infantis JESU de Urbe, apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 1. 6. form. 3. num. 1. 6. pag. mibi 309.* 1298

1705. 18. Jul. — Clerici se subijcere recusantes Visitationi Personali, possunt cogi Censuris Congregat. Concil. in Aprutina, emanata favore Ordinarii, apud eund. d. par. 2. tit. 1. 6. form. 10. num. 23. 1299

1708. 25. Sept. — Congregatio Inquisitionis coram Clemente XI. sequentem damnavit Librum, cui titulus: *Instructiones Theologica ad usum Seminariorum: Auctore Gaspare Juvenin, Oratorii Gallicani Presbytero, & in Seminario Archiepiscopi Parisiensis Sacra Theol. Professore.* In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. 1300

1710. 25. Sept. — Excommunicationis lætæ sententiæ poenam incurunt Regulares, aliæque quæcumque Sæculares Personæ, tam Ecclesiasticæ, quàm Laicæ, quoscunque conditionis, conditionis, si audiant sub quovis prætextu imprimere, vel quoquomodo in lucem edere Libros, Libellos, Relationes, Theses, Folia, seu Scripta quæcumque, in quibus ex professo, vel incidenter de Ritibus Sincis, vel de Controversiis desuper, seu illorum occasione exortis quomodolibet tractetur, sine expressâ, & speciali licentiâ Summi Pontificis, in Congregatione Sanctæ, & Universalis Inquisitionis obtinenda. *Congregat. Inquisit. coram Clemente XI. in Folio Romæ impresso, 1711: Reverendâ Camera Apostolica.* 1301

1712. 22. Jun. — Congregatio Inquisitionis co- 1302
A a 2 ram

ram Clemente XI. sequentem damnavit Librum
 Italico idiomae conscriptum, cui titulus: *Prat-
 ca del Confessionario, e Spiegazione delle Proposizioni*
condannate dalla Santità di Nostro Signor Papa Inno-
cenzo XI. e da Alessandro VII. sua materia, è casi più
scelti della Theologia Morale, sua forma, un Dialogo
frà il Confessore, e il Penitente, tradotto dall'Idio-
ma Spagnolo nell'Italiano dal P. Frà Pietro Fran-
cesco da Como Capucino nella Provincia di Genova.
 In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ
 impresso.

1714. 15. Jan. — Congregatio Indicis sequentem 1303
 damnavit Librum, cui titulus: *Tractatus Proba-*
bilittatis ex principijs Antiquorum compositis: Authore
Nicolao Pegulero. In Indice Libror. prohibitor. no-
 vissimè Romæ impresso.

L. D. M. & D. A. P. ac S. I. L.

O P E R E

DI D. GIO. BATTISTA PITTONI,
 SACERDOTE VENETO,

Che si vendono in Venezia in Casa di Leonardo suo Padre,
 Librajo à S. Giuliano in Corte del Vino, vicino la
 Corte del Forno.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congre-
 gazioni di Roma spettanti à *Vescovi*, à gli *Ordinarij* de'
 Luoghi, ed alli *Abbatì* Secolari, e Regolari: Opera di D.
 Gio. Battista Pittoni Sacerdote Veneto, molto utile, e ne-
 cessaria à gli Ecclesiastici dell' uno, e l' altro Clero, dall' An-
 no 1183. sino all' Anno 1707. *inclusivè*.

L. 3.
 Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congre-
 gazioni di Roma spettanti à *Canonici* dall' una, e l' altra Chie-
 sa, cioè, Cattedrale, e Collegiata, dall' Anno 1188. sino
 all' Anno 1705. *inclusivè*: Opera dello stesso Pittoni, ove
 non solo si danno notizie curiose insieme, e necessarie à detti
 Canonici, mà etiamdio à *Prebendati*, *Intervienti*, e in
 qualsivoglia modo obbligati à dette Chiese: inserite anche
 molte cognizioni legali tolte da gl' Autori più classici, ed ap-
 probati, antichi, e recentissimi, con le di loro citazioni, L. 2.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congre-
 gazioni di Roma spettanti à *Vicarij* Apostolici, Generali, Ca-
 pitolari, Foranei, Perpetui, ed Amovibili del Clero Secola-
 re, ed altri ancora delle Religioni: dall' Anno 1507. sino al-
 l' Anno 1706. *inclusivè*: Opera dello stesso Pittoni, non solo
 utile, e necessaria à detti *Vicarij*, mà etiamdio à subordi-
 nati.

Li 2.
 Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congre-
 gazioni di Roma, spettanti al *Concorso* delle *Parrocchiali*, ed al
 Conferimento de' Benefizj Ecclesiastici, dall' Anno 1339. fi-
 no all' Anno 1705. *inclusivè*: Opera dello stesso Pittoni,
 non meno di gran profitto à tutti gli Religiosi dell' uno, e
 l' altro Clero, che ò soggetti à *Vescovi*, ò pure esenti dalla
 loro Giurisdizione desiderano esser provveduti di Beneficio con

Cura